

gratiã adoleſcentes ſona detinuisti. Adiderunt serio
et ſollicitè, quid ſibi ab Illuſtriſſimo Comite Bochoſio
etiam repetitã feſtinitate obtigerit honoris ac bene-
volentie infinita. Hiſce nominibus, quid utriusque debeam
nimis equidem intelligo, quam ut utriusque gratiam
verbis rependi poſſe judicem, quam in ſolutum accipia-
tis vel elementiffimi creditores. Super eſt ut redhoſtendi
cauſas et occaſionem ſæpius oblatam velitis. Auide
illam, (ſita me Deus amet) ab utraque manu expec-
tabo, ambabus meis amplectendam. Aliquid in eandem
ſententiam illuſtriſſimo illi Toparchæ veſtro adſcri-
be. Ades et ſuccurre imbecillitati meæ meliori ſacundia
et hic certè gratitudinis meæ non ſucata benevolentis
ſenſus, ſuo ſuo præſidio aſtimetur apud virum, de quo
hactenus nihil potui, niſi bene mereri velle. Deinde
quantum ei meo nomine expoſueris, tibi itero à me
dictum ſtatuo, et nouo ecce, duplicique beneficio de-
vinceris jam olim prono integerrimoque affectu

Tuum

Obſignanti hæc in manum incidit libellus C. Hugoniam.
quem in gratiam nobiliſſimæ amicæ nyper
a me reſcriptum, et pro otio (quod naſti) meo
exaratum, paſſus ſum vulgari Typis, qui
præcipue exſcriptorum incuria, et frequentibus
mendis occurrerem; Vide, ſi tanti eſt, et ride,
aggredi me ſucullianam illam tuam liberalitatem
magnificentiam, aut profuſionem compensare
ſterili chartaceo munere. Tolera tamen: ſi forte
domi tuæ toga Cordylis, vel pannula deſit olivis.

Martino Brunoni
Eccleſiaſtæ Almeri
enſi.

Reverende Domine.

(408)

Rectoratum Scholæ Bredanæ, ſi vacaret, committen-
dum ego ſæpe cenſui N. Bubbæno, ut qui antea
eandem præfecturã malis artibus excidiſſet. Certe
ſi quam pluſimam ejuſmodi vacarent Spartæ, num-
quam ego adducar ut credam Henrico tuo ullam
exornandam tradi debere. Literatore meo, et quidem
valde eximium, uterque novimus. Moderanda
autem

autem Inventuti parem esse, si hactenus credidisti patere
 dedoceri. et observa me, quoties de illo cogito altius colli
 mare, qui commodis boni viri integerrimo affectu faues.
 Novit ipse quot lapides movere ceperim, quo ad Professio
 nem Athenaei Felvici promoveretur. Eandem viam
 parro insistendam arbitror, ut habeat ubi lectione
 publica simul defungi possit, et versus facere, et dabit
 hora quod hora negaverunt. de mea quidem benevo
 lentia securi estote. Tu imprimis, Vir amice, sine
 te Deus saeculo subducatur, sine tuis interesse diutius
 patiaturo, quod aeterna sapientiae ac bonitati non
 sine tuo suffragio, ut confido pie et constanter com
 mittendum moneo. Vale. Hagae Com: xv. Jul: Febr.

CIDICXLVIII.

Benedicto Hesselio.
 Pastori Conensi.

Amplissimo ac Doctissimo Domine.

(1407).

Nuper epistolio te certiore feci, quam non ingrati Patris
 liberos insigni illa tua, et vere nimia humanitate
 cumulataveris. Ecce ab eodem Patre verba ^{denuo} ~~denique~~ et
 pauciora; sed uno nunc Illustrissimo nomine, ut
 optasti auctorata, cui cum totum illud quantumcumque
 est beneficium, debeas, pateas et ingenue testor nullam
 eius in partem venire alteram hanc miserellam
 denteram, quam interea tibi tuisque commodis devo
 tam eadem ingenuitate profiteor. Vale vir longe
 humanissime, et quando Poematum Latinorum lectio
 nem visus es expehere, a qui consule quod, ecce, toto
 tibi modio appendantur. Hagae Com: Prid: Non: Mart.

1648.

J. Fr. Reist

Musices Jesuitarum
 Antverpiensium
 Directori.

Multum tibi, Vir ^{Plat} ~~Ampl~~issimo debeo, qui me pro infi
 cetis meis, elegantiarum tuarum semel iterumque
 participem facere volueris. Quae te, si quid parro
 ejusmodi produxeris, tertio me adire ne graueris
 praecipue si qua ad melancholiam propius quam
 ad alacritatem accesseris. Illa enim pro hac
 altera capi soleo, ex ipso corporis animique temperamento.

In